

LIBER SECVNDVS

141

chœnicū. ἄρτος etiam *τριχοίνικος* id est panis trium
chœnicū apud Xenophontē libro septimo ἀναβά-
σεως κύρου. Est autem solū mensura aridorū, utitur
uero ea crebro Aristophanes in Vespis
ἔλαβες ἢ χρίνικα κριθῶν. Id est.

Capiebas chœnice ordeī
medimna scilicet. & in Pace

Δοίην αὐτῶν ἰσχύδων τρεῖς χρίνικας. Id est
Pro ipsis dederō caricarum tres Chœnicas.

In Concionatricibus

ἡμῶν ἀποτίσειν κἄρε βίβλων χρίνικα. Id est.
Multam daturam nobis ciceris chœnicem.

Hæc de Chœnice sufficiunt. Cotylen quatuor ca-
pere oxybapha, ipsum uero sesquicyathū, Cyathū
quatuor mystra, iam ante satis declaratum est in hu-
midorum mensuris, nunc dicendum quoties maior
unamquāq; se minorem capiat. Medimnū capit
semimedimna II. Tertiarios III. sextarios VI. dimi-
dios sextarios XII. Semiduodecimas XXIII. chœ-
nicas XLVIII. cotylas CXLIII. oxybap. DLXXVI.
cyathos DCCCLXIII. mystra III CCCCLVI. Dimi-
dium medimnum capit tertiarium cum dimidio, sex-
tarios III. dimidios sextarios VI. semiduodecimas
XII. chœnicas XXIII. cotylas LXXII. oxybapha
CCLXXXVIII. cyathos CCCXXXII. mystra
MDCCXXVIII. Tertiarium medimni capit sextarios

s 3 II. dimi-